BASILIENSIA
Basel, 1433-1434
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=498
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Nam et qui eam non sumit non habet vitam Et qui eam sumit habet
vitam et hanc vtique eternam Spiritualis igitur manducatio de qua hic agitur
pertinet ad bonos tm Sacralis vero indifferenter ad vtrosque vnde cum tantam
in ipsa festi corporis christi Sumunt boni sumunt mali sorte tamen inaequali
vite vel interitus Mors est malis vita bonis vide paris simpliciter cu
sit disparis spiritus Sic enim petrus et Judas sacraliter comedunt sed alter
ad salutem alter vero ad dampnationem Quod patet manifeste Et si predicta
doctrina christi de sacrali manducatione intelligitur Et omnes sacraliter
manducantes essent saluati Et omnes sacraliter non manducantes essent
dampnati quod patet esse falsum in vtroque quia multi sacraliter mandu
cantes dampnantur ut patet de Juda Et multi sacraliter non comedentes
ut pueri et multi martires saluati sunt et saluantur Nec valet si dicat
adversarius Et intelligitur de manducatione sacrali simul et spirituali et spiritual
manducatio et sacralis sunt manducationes proprie propriis appetitibus condistincte
Et spiritualis quidem manducationis proprietas ea ratione constituens est semp
manducanti conferre vitam formaliter Sacralis vero manducatio e indifferens
ad vitam vel ad mortem licet enim ex parte semp sit ad vitam quia ipsum sacram
nisi continet fontem vite tm tunc suscipientis id quod fitm se vita est
fit mors male sumenti Non enim bucella domini venenum fuit Jude
et tamen accepit Et cu accepit inimicus in eu intravit no ex malitia
accepit sed quia bonum malus accepit Hugo Omel 23 Et igitur
ex proprietate effectibus deveniatur in cognitionem proprietatum saepe vtique
si ex verbis christi volumus sine errore venire in notitiam dei manducationis christi
nihil loco intelligat necesse est ut consideremus effectus
hanc manducationis ad ipsas manducantes tamquam ad proprias causas
quia ergo in toto isto processu huius ecclesiastici manducationem christi habuit
vitam que est proprius effectus spiritualis manducationis vtique ex ipso
effectu operationis concludit Et christus loquitur hic de spirituali man
ducatione Et sicut ex sensibili nihil possumus venire in cognitionem
hominis inquantum homo nisi per aliquid additum ad sensibile licet enim
ipsum sensibile conveniat homini Ita quicumque vita sequatur ad
manducationem sacralem ex eo non est sibi ratio tamquam proprium